



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Oratio Panegyrica Habita In Sacra Aede B. Mariae  
Aspricollensis Ipso Festo Assumptionis ejusdem Die**

**Venne, Franziskus vanden**

**Mechliniae, 1663**

Sanctissimo Domino Nostro Alexandro Septimo Pontifici Optimo Maximo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12159**

SANCTISSIMO  
DOMINO NOSTRO  
ALEXANDRO  
SEPTIMO  
PONTIFICI  
OPTIMO MAXIMO.

BEATISSIME PATER

 Am annus est, ex quo ab Archiepiscopo Mechliniensi ad sacra Apostolorum limina missus, à SANTITATE VESTRA ad sacrorum tuorum pedum oscula admissus sum. Rursum transeo Alpes, licet non corpore, tamen submississima animi devotione, & iterum pedibus tuis advolutus, ad illos in MONTE QUIRINALI depono, ea quæ de sacris tuis

tuis MONTIBUS, & supereminentis  
iisdem STELLÆ TUÆ luce, dicere su-  
stинui in MONTE ACUTO. Et uti dictio-  
nis meæ scopus fuit: FUNDAMEN-  
TA tua esse IN MONTIBUS SANCTIS,  
ita semper votum erit, ut lucens in  
iis mysteriosa STELLA, Ecclesiam  
Dei multis annis foveat, dirigatque,  
ut postea fulgeat in perpetuas æter-  
nitates. Datum Mechliniæ Kal.  
Decemb. Anno 1662.

*BEATISSIME PATER*

*Sanctitatis Vestræ*

*Minimus ac Humilissimus Servus*

*Franciscus Vandenhovenne  
Præpositus Metropolitanæ  
Mechliniensis.*